



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

45 Beneficium pensione gravatum transit cum eodem onere ad  
quoscunque successores.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

comunitate accidentibus pluribus conseruntur, & præbenda, ac membra à pluribus optantur, remanente successori nudo titulo canonicius, & præbenda tenuori ab alijs canonieis optantibus dimissa, tunc cœla appellationis committitur absque dicta clausula, sine retardatione solutionis pensionis, donec decidatur, quid quilibet pro rata solvere teneatur, ut per Abb. in cap. constitutus numer. 8. de reg. do. & in terminis Gomei. in comp. uir. signatu. num. 87. & Gig. d. tract. qu. 85. 47. numer. 5.

Hinc oritur quæstio, an tali casu vacante canonicius, præbenda, & membris à pluribus optatis, & unica pensione oneratis, successor in canonicius, qui in nudo titulo canonice spiritualis prædecessori obligato ad solutionem pensionis tantum successit, præbenda cum membris ab alijs canonieis optatis, teneatur totam pensionem persolvere, vel pro rata pensionis concurrere, & cum jure tituli spiritualis consequatur præbendam in locum prioris, & pinguioris præbendæ subrogatam, quæ propterea sapit naturam ejus in cuius locum fuit subrogata. l. i. §. hec actio, & ibi Bart. ff. si quis testa. lib. es. iue. sue. l. si eum. §. injuriarum ff. si. quis cau. & Malcard. consol. 1270. numer. 38. de probat. & quod attinet ad præbendam, videtur, quod pro ea in nihilo concurrere teneatur, quia cum illa nunquam fuerit aliquo onere pensionis gravata, pensione imposita super una præbenda non potest per vacationem ad aliam transire, & quia beneficium pensione gravatum, durante pensione, semper transit cum tali onere ad quoscumque successores Roma. consil. 388. numer. 5. Cassad. decis. 12. numer. 1.

de rescript. & Felyn. in cap. ad audiendum il. 2. num. 6. eod tit. quæ conclusio procedit etiam in membris optatis, aut si alias quovis modo vivo pensionario transeant in alhas personas, & quia pensio est onus reale, & transit, ad quemcumque transit beneficium. cap. querelam, & ibi Abb. 3. not. de elect. Gig. in tract. de pens. q. 39. num. 5. & 6. q. 40. n. 1. & q. 43. n. 2. Riminal. Jun. cons. 298. n. 6. Decian. consil. 37. n. 14. lib. 2. & Monet. de distribut. quot. par. 3. q. 8. n. 22.

47 An autem titularis & pro titulo, cuius causa obtinuit præbendam, licet minoris valoris præbendæ optatae, saltem pro rata fructuum contribuere teneatur, cum dictam præbendam obtinuerit loco optatae, quapropter sequitur naturam tituli, super quo pensio fuit reservata. c. accessorium. de reg. jur. in 6. & Dec. in l. cum principalis. eod. tit. ac subrogatus, ut fuit dicta præbenda loco alterius, sequatur naturam ejus, cui subrogatur, ut l. i. §. hec. actio. & ibi Bart. ff. si quis testa. lib. es. iue. sue. cum aliis supra deductis, erit distinguendum, quia ex facto jus oritur. Ideo, aut per capitulum non assignantur certæ, & determinatae præbendæ consistentes in certo, & determinato corpore, sed dantur unicuique canonico per procuratorem, seu thefuarium capituli certæ distributiones in grano, aut pecunia consistentes, aut quædam prædia, quæ constituunt præbendas indistinctas, ex quo optio non facit censeri novam præbendam, & tunc puto canonicum, ratione tituli canonicalis, & præbendæ, pro rata ad solutionem pensionis concurrere debere, ut per Rot. decis. 6. n. 1. ver. in aliquibus. de consuet. in no. & Gig. de pens. qu. 63. num. 3. & 4. Aut præbendæ sunt, & distinctæ, & separatae, ita quod capitulu

L 1 3 lumen

